



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Fasti Mariani

Brunner, Andreas  
Pfeffer, Wilhelm

Antverpiæ, [1659 erschienen] 1660

S. Babylas Ep. M. 24. Ianuarij.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42032**

quàm cæli amor. Et hem tibi ejus rei unum alterumve testimonium. Precanti Angeli tumbam S. Leocadiæ recluserunt, & Diva ipsa flammeum suum obrulit; unde ille abscissam partem unà cum Regis Recceswindi cultro, & ipso tam sancti velaminis tactu jam sancto, argenteo inclusit. VIRGINEM MATREM principe semper studio coluit, ejusque SS. integritatem insigni volumine contra hæreticos edito propugnatum ivit. Nec gratis. ASSUMPTÆ siquidem in cælos die, cum supplicabundus cum suis templo proximus jam esset, Cælitum manus fores pandit, & virgines inter VIRGO MAXIMA in sede Pontificali conspicua, eidem vestem mirifici candoris donavit. Ea hodieque religiosè asservata docet, quo filios suos Magna Mater uti vestis, aut certè animi colore cuperet. *Ex Surio.*

*Talis fuit Maria, ut unius vita omnium disciplina sit; Si igitur auctor nò displicet, opus probemus; ut quicumque sibi ejus exoptat pramium, imitetur exemplum. S. Amb. de Virg.*

S. BABYLAS EP. M. 24. Januarij.

**E**Vm ego triumphum laudo Divotum, quem non soli ducunt in cælum, sed cui comes servata juvenus ambulat. Talem hodie BABYLAS duxit. Fortè templo se Antiochiæ inferre Decius properabat, cum adventanti BABYLAS Antistes se objecit, & pro eâ, quâ erat Christianâ libertate, cani tyranno aditum interclusit. Hic in rabiem verius, templum ferro flammisque excindi, BABYLIAM jubet in carcerem abripi. Ecce autem nobilissimam vinculorum magistri appendicem tergeminos adolescentulos (VRBANVM, PRILIDIANVM

NVM & EPPOLONIVM dixere) lectissimos floscu-  
los, & quos mellitissimis verbis pridem sibi magi-  
ster BABYLAS conciliarat. Poterant hi in ruborem  
etiam Spartam dare, tam forti animo vel alapas  
devorabant, vel plagas concoquebant, quæ cum  
pro numero annorum singulis ingererentur, do-  
luere scilicet, non Pyliam sibi ætatem esse. Stabat  
inter hæc egregius Doctor, oculosque discipulo-  
rum virtute pascebat, animisque identidem ani-  
mos de suis addebat. Quid multis? ferro omnes  
cæsi, & magister discipulis, discipuli magistro  
sunt immortui. Tam mordicus, semel virtute ma-  
gistrorum capta juvenus lateri eorundem hæret.  
Cæterum BABYLAS vincula nec mortuus dimitte-  
re, sed in tumultum asportare voluit, id quod erat  
ratus, nullos expeditiùs ad cælum pedes currere,  
quàm vinctos pro cælo. *Ex Surio.*

*Si vis ad perfectionis fastigium provehi, amodo ne-  
cesse est, in cunctis virtutum studiis exerceri, vide-  
licet dum ætas tua cerea est, dum mores teneri in  
quamlibet partem valent indifferenter adduci; cum  
ipsis corporalibus incrementis coarva virtutum exer-  
citia coalescunt. S. Petrus Dam. l. 6. Ep. 26.*

CONVERSIO S. PAVLI 25. Ianuarij.

**A**Nnus, qui post CHRISTI ad Superos redi-  
tum erat secundus, idem secundissimus SAV-  
IO fuit. Hoc enim ille, personam feliciter positam,  
PAVLUM induit, adnitente potissimum apud DEVM  
D. Stephano, non minus tum in cælis, quàm terris  
olim pro hostibus suis piè sollicito. Ibat SAVIUS  
minarum plenus, & in vincula ipsam (si Superi si-  
nerent) fidem tracturus; cum ecce tibi subita ab  
alto vis fulgorque audaciam attonito omnem ex-  
cutit

C

cutit